

in dissolutionem aut negligentes redderz  
**A**pprehendite disciplinam xpi.  
quasi munimē clipei contra noxia vicia  
profecturi et subijcite vos humiliter ei ne  
quādo de<sup>o</sup> pater irascatur et separe  
mini a via iusta scz̄a celesti rege xpo q̄  
est via recte ambulantium ad vitam. Dur  
euntium. iter ad beatitudinem festinanti  
um.

**C**ū exarserit subito ira ei<sup>9</sup> in vin  
dictam impiorū. in die iudicij beati qui  
cōfidūt in domino quia eos non solū  
non attinget ira dei sed ad beatitudinem  
per dei gratiam peruenient eternam vbi  
bonoz oim sūma est.

**Psalmus tertius in  
quo de passione et re  
surrectione christi**

**N**ō christus admirans cur tot  
persecutores habeat ait sic ad deū

**D**omine cur mul  
tiplicati sūt qui tribulant  
me. Doleo de cecitate eozū qui  
salutare suum ita obstinatis mentibus re  
spiciunt. Mirum est eniz quia nihil ab eis  
promerui mlti insurgūt vt obstinato  
animo depumant me detrahentesz falsū  
testimonium ferentes aduersū me  
Multi dicunt de meis persecutoribus vt  
audacius me persequantur. Dicūt mihi  
non saluabit eum ille quem sibi. deū facit  
ne filius dei est vt ipse dicit.

**V**eritatemē contra tot persecutores  
tu es refugium meuz qui susceptores  
mee humanitatis. in vnitae diuine perso  
ne et glā mea tecum vna est qui ita ab  
alto defigis mentem meam vt nulla pas  
sione vincatur

**E**t hoc ideo quia. Voce cordis mei ad  
dominuz clamauit et exaudiuit me  
de sublimitate iusticie sue iustū eniz  
erat vt innocētem occisuz et cui retributa  
sunt mala p bonis resuscitaret a mortuis

et donaret in celis omniuz creaturarum  
principatum

**E**xaudiuit autem me in hoc dominus  
q̄ Ego dormiui sponte non coactus et  
sonū cepi in morte voluntate mea et so  
porat<sup>9</sup> sū securus in mēte q̄scēs nullaz  
habens conscientiam peccati et exurre  
xi diuinitatis virtute. que naturam i qua  
passus suz susceperat in vnitae per  
sone.

**E**t quia dominus suscepit me in protecti  
one sua. Non timebo milia ppli cir  
cūdantis me pendentem in cruce. ideo  
exurge domine ostende potentiam tuaz  
et saluū me fac. non solum faciēdo me  
resurgere a morte. sed etiam inimicos me  
os exterminando.

**E**t sic factum est. Quoniā tu percussisti  
per tyrum et Vespasianū oēs iudos  
aduersātes mihi sine cā et maledi  
ca verborz eoz quib<sup>9</sup> dilacerabāt me z  
mēbra mea i iritū perduxisti.

**H**inc pz quā solū Domine sal<sup>9</sup> et ideo  
ob hē sit benedictō tua super pplm  
tuū de te salutem spezātem nō ab alio

**Psalm<sup>9</sup>. III. i quo exhortatur  
vir iust<sup>9</sup> ad bonam operatōnem**

**Vox ecclesie i triblatōe posite.**

**Q**uoniam inuocare z  
deū i auxiliū meū exaudiuit  
vel fm aliam lrām exaudisti  
me de<sup>9</sup> iusticie mee actor et remune  
rator qui i triblatōe ab angustiis tristi  
cie i latitudinem gaudioz eduxisti me  
Misere mei. contra miseras b<sup>9</sup> vite  
tā pene qz culpe et exaudi oratōez me  
am vt in me cepta perficiantur.

**V**ox prophete increpātio iudeos z paga  
nos et oēs in peccatis perseverātes. Filij  
hoim qui fm hoim viciis nō fm deuz  
vsquequo aggrauatū et depressū infi  
delitate et pōdere iniquitatis cor habetis  
vt quid diligitis vaitatem qua peri  
na. colendo idola que vana sunt in quib<sup>9</sup>  
non est veritas quā per. dii non sunt. vt

quid tamen ardenti desiderio queritis terrenam que mendacia sunt decipiunt enim amatores suos. quia non faciunt quod promittunt. scilicet felices. vos iudei et pagani ceterique peccatores nolite infidelitate deueniri et vana huius seculi sequi. sed conuertimini ad christum.

Scientes quoniam dominus deus pater christum suum sanctum sanctorum mirabilem et gloriosum ostendit terna die resuscitando a mortuis et ad dexteram suam collocando per quem deus pater exaudiet mecum bonis operibus sue diuinitati supplicauero

Nolite dico querere mendacium sed frascimini vobismetipsis ut boni reati quod fecistis et ulterius peccare desistite et si vos peccare coningat compungimini penitentiam. et de his que tractatis in cordibus vestris ut sunt cogitationes male. et de his que in cubilibus vestris operamini ut sunt opera carnis

Quia vero iusticia exigit ut penitens satisfaciat pro peccatis sequitur Sacrificate o vos penitentes. id est offerite sacrificium non pecudum sed iusticie id est opera satisfactionis pro penitentie lameta et sperate in domino de recipiendo pro talibus et peccatorum veniam et beatitudinis eterne premium. licet multi stulti carnaliter sapientes in suorum peccatorum excusationem quasi dubitantes que sunt opera iusticie querunt quis ostendit nobis cognoscere hominum bona

Propheta ostendit tales non veraciter sed false dicere se ignorare que sint iusticie opera Quia signatum est super nos in superiori parte anime nostre. in qua tibi similes sumus lumen naturalis rationis quod est quedam impressio et irradiatio luminis vultus tui. quod sufficienter ostendit nobis que sunt opera iusticie. ita ut per ignorantiam iusticie nullus potest se excusare a peccato. per quod lumen quo te cognoscimus dedisti leticiam spirituale in corde meo.

Sed mali non intus in spiritualibus bonis sed foris in temporalibus delectantur et fructu frumenti vini et olei sui aliarumque rerum temporalium multiplicati dilatati et exaltati putantes in his esse consummatum bonum

Vir autem bonus in spiritualibus exultans dicit contra humanos tumultus et felicitates caducas. In pace mentis dormiam quam habere non possunt qui secularibus actibus implicantur. hinc oblitus mundi tendens in idipsum summum bonum tandem requiescat in futuro in pace imutabilis eternitatis.

Ideo requiescat secure. Quoniam tu domine in vna spe firmissima qua singulariter in vnum et verum bonum speratur constituisti me

Psalmus V. in quo de his quibus acquiritur hereditas eterne beatitudinis.

**V**erba oris mei percipe domine et intellige intelligentia approbationis cordis mei affectum qui ad te clamo

Exaudi orationes meas rex meus propter specialem curam et protectionem et deum meum quem solum venero vero cultu religionis vixite creatorem meum

Et si aliquando oravi et non sum exauditus. non tamen orare desistam.

Quoniam ad te orabo domine et cum te nebre peccatorum fugere ceperint exaudies voces meas

Peracta orationis mei nocte et discubentibus tenebris quas mihi peccatis meis fecisti Hanc religiose deuotionis obseruatione continua astabo tibi in te summo bono beatitudinem querens et intelligam quoniam non placet tibi iniquitas sed a solo mundo corde conspiceris

Non habitabit in presenti per gratiam. nec in futuro per gloriam in societate tua maligni nec permanebunt iniusti